



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 81. Prospera Religionis Catholicæ incrementa in Sinarum Regno.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII scovixæ Legatus, aſt Regni Ordines ob-
 A. C. 1673. latam ab eo armorum unionem, quam-
 vis intempeſtivo nimis contemptu, re-
 jecerunt.

§. LXXXI.

*Proſpera Religionis Catholicæ incre-
 menta in Sinarum Regno.*

Pufend. In- Inter tot amaras, quibus paternus
trod. a l'Hiſt. ſummi Pontificis animus agitabatur,
Univ. t. 6. ſollicitudines tandem ex ipsis gentilita-
p. 353. tis tenebris lætitiæ ſplendores emicare
Hiſt. Chron. cæperant, allato nuntio ex Chinenſium
cont. l. 9. Imperio, quod ibidem Cang-Hi Im-
pag. 177. perator plenam Religionis Chriſtiane
Du Halde libertatem, quam Calviniani in Angli-
part. 3. Catholicis denegabant, iisdem indol-
 ferit; poſtquam enim juvenis hic Prin-
 ceptus poſt Sony præcipui ſui Tutoris ob-
 tum ipſus imperii clavum moderari ce-
 perat, primas eo curas intendit, ut
 Sou-ca-ma alterius Tutoris admini-
 ſtrationem inquireretur, quem etiam Re-
 gni peſſime adminiſtrati atque inhu-
 manæ Catholicorum vexationis rem-
 laqueo ſuffocari præcepit. Sublato hoc
 Chriſtiani nominis hoſte religio Catho-
 lica indies nova cepit incrementa, &
 quamvis remotiorum Provinciarum Pro-
 Reges ac Præfecti ſæpius ſolito fac-
 tiſimi furore ſeſe opponere tentarent.

semper tamen inter ipsa Tyrannorum Sæc. XVII.
 supplicia crescebat Christianorum nu- A. C. 1673.
 merus, sensimque vexantium phrene-
 sis sanabatur partim Catholicorum con-
 stantia, partim Imperatoris clementia;
 cum enim hic Princeps fidei orthodoxæ
 præcepta ipse discussisset, nihilque pe-
 riculosum in ea reperisset, aliunde vero
 Patrem Ferdinandum Verbiest Mandar-
 inum singulari favore & affectu digna-
 retur, Missionarii a præfatis Guberna-
 toribus vexati tempestive eundem in-
 terpellarunt, cujus etiam hortatu Im-
 perator diras tempestates remotioribus
 Ecclesiis impendentes feliciter dissipavi-
 vit. Enimvero hæc ipsa Imperatoris
 benevolentia magnam invidiam odium-
 que Missionariis comparabat: Sinenses
 enim suas artes ac scientias, prout eas
 a Majoribus hauserant, super astra ex-
 tollere assueti, iniquissimo tulerunt ani-
 mo, quod palam instituto Calendarii
 examine, Europæum ipso Sinensi longe
 accuratius fore judicatum fuerit, ac
 ipsemet Imperator illud ante quadrienni-
 um patrio Calendario præferri iussisset.
 Tandem vero æmulum livori
 frænum est injectum, & malevolorum
 artes dissipatæ, postquam Imperator
 promulgato edicto Catholicis liberum
 fidei suæ exercitium in universo Regno
 concesserat, ac Sacerdotibus ex Can-
 tonensi

Sæc. XVII. tonensi exilio revocatis Ecclesias resti-
 A. C. 1673 tui, pluresque Viros Apostolicos Ma-
 thematicis scientiis insignes pretio
 navi advehi, atque ad Aulam deduci
 jusserrat: Eapropter Catholici non modo
 Amacai, sed etiam Romæ & alibi
 insolita lætitia efferebantur. Ne vero
 totius Regni ad fidem Catholicam con-
 versio omnino proxima & certa esset,
 unice deesse videbatur *amplectendæ* Re-
 ligionis libertas *Sinenfibus* quoque indul-
 genda per publicum Imperatoris edi-
 ctum, quod tamen etiam anno hujus
 sæculi nonagesimo primo promulgatum
 est, incredibili Catholicorum gaudio,
 licet illud dissidia inter ipsos Missio-
 narios denuo recrudescencia brevi con-
 taminassent.

§. LXXXII.

Principum atque illustrium obitus.

Wagner hist.
Leop. I. 4.
pag. 317.

Hunc annum vitæ suæ exitialem ha-
 buere Principum non pauci, et
 primo quidem luxerat Augustissima Do-
 mus Austriaca nimis præmaturam mor-
 tem Margarethæ Theresiæ, quæ Phi-
 lippi IV. Hispaniarum Regis Filia, et
 Leopoldi I. Cæsaris conjux erat; post
 quam enim anno priori Filiam nomine
 Mariam Annam enixa est, hoc anno
 die vigesima secunda Martii Vienna
 decebat.